10 Julii 1600. Rndi dmi fres in Chro char(mi)
et obseruandi.

Ex patris Rectoris Brunsbergen collegij lris intellexi operis quibusdam ab Illmo Cardinali defuncto pro usu collegij concessis interdictum patribus esse, ab ipsis ne dd. vris ac vero officialibus Epatus non satis assequi potui. Non est meum priusquam sciero quid a sancta sede Aplca constitutum de me fuerit, in ulla ne Episcopi negotia ingerere, petere tamen non dubito, ut cum patrum opera in spiritualibus futuro Epo et Epatui ac vicinis illis regionibus infectis ditionibus magno usui esse possit, temporales quoque operae illis non denegentur, neque vires ipsorum ædificandis istis operis perturbentur. Nihil accidere gratius mihi potest, quam si in eorum quae a Cardinali concessa illis fuerunt usu conseruentur, quod Rmas dd. vras pro suo etiam erga collegium illud et pres studio facturas minime dubito, eisque cum fraterna beneuolentia testificatione omnium rerum successus prosperos a Deo omnipotente opto. Dat. Varsauiae die X mensis Julij 1600.

Rndarum dd. vrarum studiosiss.

Petrus Epus Culmen.
Electus Varmien. Vicecanc. (manu propria)

119

Rndis Dnis Prælatis et Canonicis to:
tiq[ue] Capitulo Ecclæ Cathedralis Jari:
nensis. amicis et fribus in Xto carmis
et obserdis

120v